

- 95 Ergo festina dicito, cuius infleris ludicro,
 Et dic, quis vim intulerit pregnantemque¹⁾ reddiderit?
 Tum pudibunda pronuba, stupore sat perterrita,
 Dixit hac causa noxium²⁾ Emmerammum pontificem.
 Pater eduxit gladium facturus parricidium,
 100 Si non temptassent propere hunc³⁾ milites surripere,
 Statim data sententia privavit illam patria,
 Lege damnans, Ausoniam relegavit in insulam.
 Ergo mansit eo loci tenore sub exilii,
 Quoad vita decederet culpamque morte lueret.
 105 Erat huic magnanimus frater fastuque tumidus,
 Lampertus dictus⁴⁾ nomine altricum⁵⁾ auspicamine.
 Hic egre ferens dedecus sororis, inconsultius
 Nil iuris volens exequi, sed vult insontem persequi.
 Scandens equum velocius ireque cepit cicius,
 110 Secum funestos satrapas duxit ultum iniurias.
 Qui cum per viam celeres adhortaretur milites,
 Ad Helphendorf applicuit, quo sanctum fore comperit.
 At pontifex interea psalmorum litat⁶⁾ munia,
 Horam decantans tertiam mixturus eucharistiam.
 115 Sed qui suevit purissima Christo dare⁷⁾ libamina,
 Pro proximo se obtulit et formam Christi suscipit⁸⁾.
 Tunc armorum collisio scutorumque commotio,
 Perstrepentes pre foribus produnt hostiles impetus.
 Mox unus choro prosilit scitum, quis sic advenerit,
 120 Et sancto clamans retulit: 'Hostis te, pater, impetit'.
 Tunc omnes mente pavida quesivere latibula,
 Sparsusque grex in medio patrem liquid periculo.

II.

Herr Dr. Wilhelm Meyer in München entdeckte in einer Tegernseer Papierhandschrift ein zum Einbände derselben verwendetes Pergamentblatt, etwa dem Anfange des 12. Jahrhunderts angehörig, mit Bruchstücken eines lateinischen Gedichtes, in welchem er sofort eine Bearbeitung der im Mittelalter so beliebten Geschichte des jüdischen Krieges von dem sog. Egesippus (d. h. Josephus) erkannte. Das Blatt, in 2 Spalten eng beschrieben, ist in der Mitte durchgeschnitten, doch so, dass hier nichts weggefallen ist, am unteren Rande verkürzt (es mögen dadurch je 3—4 Zeilen fehlen) und endlich auch am vorderen Rande etwas verstümmelt. Hier konnte jedoch manches nach der Vorlage mit ziemlicher Sicherheit ergänzt werden.

1) verb. 'et pregnantem'. 2) verb. 'hac rê culpabilem'. 3) 'hanc' Hs.
 4) verb. 'lambertus datus'. 5) verb. 'infausto'. 6) 'laudum litabat' verb.
 7) 'deo ferre'. 8) 'et potum Christi ebit'.